



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Exempla, Divinæ Iræ, Per Opera Poenitentiae, Nobis  
Leniendæ**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadij, 1648**

§.2. Authores, tempus, & occasio exempli.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52193](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52193)

*Cap. I. Qua opera sint, tempore belli.*

umentis, cum supellectili sua vndique hæc  
è pagis & oppidis vicinis immigrant, &  
tamquam ad asylum quoddam confugiunt;  
ostendunt desertæ villæ, castella, mapalia;  
narrant noua non tantùm colloquijs, sed  
etiam litteris ad nos perlata: testata sunt  
tonitrua bellicorum tormentorum, quæ de  
vicino hoste atque nostro exercitu auribus  
nostris insonuerunt. In his tantis tamque  
diuturnis malis, nihil ego video aptiùs vti-  
liusque afferri in medium posse, quam ex-  
empla eiusmodi, in quibus videamus, non  
modò eadem, similiauè mala alijs accidisse,  
verùm etiam, qua industria, quibus auxi-  
lijs, aut artibus sint propulsata. Omnes e-  
nim, qui rebus aduersis agitantur, cupiunt  
ijs liberari: atque idcirco promptissimis  
studijs, & auidissimis auribus audiunt ea,  
quibus possint liberari.

II:  
AVTHO-  
RES, TEM-  
PVS, ET  
OCCASIO  
EXEMPLI:  
Abraham  
Bzou. to.  
13 Annal.  
Ecl. An-  
no Chris.

In hanc rem exemplum affero, certum,  
testatum, fide dignum, & à pluribus po-  
steritati traditum; præsertim ijs, qui res  
Italas memorauerunt. Mihi duos nomi-  
nare sufficit, quorum vnus Abrahamus Bzo-  
uius Polonus Ordinis Prædicatorum Reli-  
giosus, is, qui Annales Ecclesiasticos emi-  
nentissimi Cardinalis Baronij est profec-  
sus;

[us]

tus; alter autem est Carolus Sigonius histo-  
 ricus præsignis, à fide & stilo ubique lauda-  
 tus. Res quam narrabo, contigit Anno  
 Christi 1260. Alexandri Pap. IV. 6. Mi-  
 chaëlis Palæologi Imp. Orient. An. 1. Sed  
 ut ab ovo, quod aiunt, intelligatur, à suis  
 initijs est repetenda. *Fridericum ex humanis  
 rebus exemptum interregnum inde XXIII an-  
 norum excepit, ait Sigonius, pluribus dissidio  
 principum ad Germania corona culmen euectis;  
 verùm nemine in Italia, aut ab Archiepiscopo,  
 aut à Pontifice regis, aut Augustalibus insignijs  
 exornato. Quocirca regno Imperioq; vacante,  
 civitates Italia impunius inter se arma confer-  
 re, partes acerbius inter se inimicitias exercere,  
 populorum insidiari libertati liberius potuere.  
 Nam ut pravas populorum factiones indigna  
 superiorum Impp. cum pontificibus certamina  
 pepererunt, sic sua tyrannorum imperia exigua  
 sequentium regum opes introduxerunt, quoad  
 Regnum Italia in multos principatus diuisum,  
 prorsus ad nihilum est redactum.*

1260 ad  
 15. & 16.  
 Carol. Sig  
 gon. l. 198  
 de regn.  
 Italiædem  
 An. 1256

Audiuimus, & legimus lape in diuinis  
 litteris, quantus fuerit Goliath, quantæ al-  
 titudinis, nimirum sex cubitorum & palmi,  
 quantis armis munitus; quanta voce Israë-  
 litas prouocans terruerit. *Audiens enim*

III.  
 ITALIAE  
 AFFLI-  
 CTIO VNA  
 DE?  
 1. Reg. 179

A 2

Saul, 10